Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36942
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Sibilla vidit virginem cum puero in circulo iuxta solem

196

In testa carnis dulcissima deitas abscondita erat
In virga aaron in venis frondium viriditate
Florum suavitate et fructum ubertate
Sic maria habuit viriditate virginitatis
Suavitate pietatis et ubertate perpetue sacietatis
Non solum autem xpus ortu suo iudeis permutavit
Sed etiam paganis pate facere non recusavit
Non propter iudeos tantum in mundum veniebat
Sed omnes homines salvos facere intendebat
Circa idem tempus octavianus toti orbi dominabatur
Et ideo aromanis tamquam deus reputabatur
Ipse autem sibillam prophetissam confluebat
Si in mundo eo aliquis maior futurus erat
Eodem die quando xpus in iudea nascebatur
Sibilla rome circulum aureum circa solem contemplabatur
In circulo aureo ipso virgo pulcherrima residebat
Que puerum speciosissimum in gremio gerebat
Que ipsa cesari octaviano monstravit
Et regem potenciorem ipso natus esse intimavit
Quoniam potens est rex regum dominus dominorum
Qui humanum genus liberavit de captivitate demoniorum
Potenciam huius regis cesar augustus formidavit
Et ab omnibus deus vocari et reputari recusavit
O bone ihesu da nobis tuam ita honorare nativitatem
Ut non incidamus iterato in diaboli captivitatem